Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In ill t. Erat dies festus iudeor: et ascendit S. Johny.
ihc ierosolima. Est autem ierosolimis probatica piscina.
que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus
habens. In his iacebat multitudo magna languentium
cecorum claudorum aridorum expectantium aque motum. Angelus
autem domini secundum tempus descendebat in piscina: et movebatur
aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem
aque: sanus fiebat quicumque tenebatur infirmitate. Erat
autem quidam homo ibi: triginta et octo annos habens in
infirmitate sua. Hunc cum vidisset ihc iacentem. et cognovisset
quia multum iam tempus haberet: dicit ei. Vis san?
fieri? Respondit ei languidus. Domine hominem non habeo:
ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum
venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei ihc.
Surge: tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus
factus est homo: et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat
autem sabbatum illo die. Dicebant ergo iudei: illi qui sanatus
fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respon
dit eis. Qui me sanum fecit. ille mihi dixit: tolle grabatum
tuum et ambula. Interrogaverunt ergo eum. Quis est ille homo.
qui dixit tibi. tolle grabattum tuum et ambula? Iste autem qui san?
fuerat effectus: nesciebat quis esset. Ihc autem declinavit at
ba constipata in loco. Postea invenit eum ihc in templo: et
dixit ei. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne dete
rius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nunciavit
iudeis. quia ihc esset. qui fecit eum sanum. Sabbato. l. j. De
In diebus ill. Locutus est moyses ad dnm dicens. deuteronomij.
Respice de tabernaculo tuo. et de excelso celorum habitaculo:
et benedic populo tuo israel. et terre quam dedisti nobis. sicut
iurasti patribus nris: terram lacte et melle manantem. fluen
tem. Hodie dns ds tuus precepit tibi. ut facias mandata